Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Alla. Dominus in synai sequencia Sume triumphum
ewangelium Extollens vocem prophacio Te dne
inueneracione Infra Ascensionem Collecta de omnibus
Omnipotens sempiterne deus de sanctis.
duc nos ad societatem celestium gaudiorum
ut spiritu sancto renatos regnum tuum cum omnibus
sanctis tuis facias introire atque eo perueniat
humilitas gregis quo precessit celsitudo pasto
ris P dnm Sec. Suscipe quesumus domine
munera dignanter oblata ut quod resurrecti
onis et ascensionis filii tui dni nostri iesu xpi
et omnium sanctorum misterio gerimus piis ef
fectibus consequamur P Compl. Refice nos
manna spiritalis alimenti opulentissime lar
gitor omnipotens deus: ut intercedentibus omnibus
sanctis tuis in sensu manuum tuarum directi me
reamur # ~~extremo ad dextris tuis~~ P Collecta # in monte tuo acqui sita dextera gliari
Deus qui nos beate Marie semper virginis et
beatorum spirituum patriarcharum prophetarum apo
stolorum martirum confessorum virginum atque omnium si
mul sanctorum tuorum continua letificas commemo
racione presta quesumus. ut quos continuo
veneramur officio eciam conuersacionis sequa
mur exemplo P Sec. Munera tibi dne
nostre deuocionis offerimus que et per tuorum
tibi grata sint honore sanctorum: et nobis saluta
ria te miserante reddantur P Compl. Pro
nobis quesumus domine intercedentibus om
nium sanctorum tuorum meritis ut que ore
contingimus pura mente capiamus P dnm
nrm ihm xpm filium tuum Qui tecum viuit et